



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 313. Usque Ad Annum 361

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1758**

**VD18 90117778**

§. 33. Concilium Mediolanense.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66022)

Sæculum IV. in ipsa urbe Ancyra Episcopum Marce-  
 A. C. 345. lum, cujus Diaconus fuit, Magistrum ha-  
 buerat; is naturali facundia præditus  
 aliis facile, quodcumque sibi proposuisset  
 persuadebat, hinc, ubi ad Episcopatum  
 evectus est, haud alius populo suo clari-  
 orior fuit. At depravatis erat moribus,  
 & brevi, a sana Doctrina deficiens, hæresin incidit. Trinitatem negabat  
 unam tantum operationem, seu energiam  
 in Patre, Filio, & Spiritu S. agnoscentem  
 Ipsius opinione, solus Pater Deus erat  
 Spiritus S. personaliter non subsistebat  
 Christus, & Filius Dei ante Mariam non  
 erat, nec Deus, sed purus homo, tamen  
 ex Virgine per operationem Spiritus S.  
 natus. Sic errores Sabellii, & Pauli Sa-  
 mosateni conjungebat. In hoc Concilio  
 Photinus primo invenitur damnatus, se-  
 pius exinde damnatus est, & quia nomen  
 eius Græce significat luminosum, non  
 nunquam ab antiquis dictus est Scotinus  
 seu tenebrosus.

*inf. §. 39.*

### §. XXXIII.

#### *Concilium Mediolanense.*

*Soc. II. 20.* Orientales miserunt in Occidentem Epi-  
*Sozom. III.* doxium Germaniciensem, Macedo-  
*c. II. Athan.* nium Mopsuestanum, Martyrium, De-  
*Syn. p. 895.* mophilum, & quosdam alios Episcopos  
*p. 676.* longam formulam ferentes. Hi plures  
 Episco-

Episcopos Occidentis, Mediolani congregatos, invenerunt, ubi ipse Imperator Constans erat, quo etiam S. Athanasium advenire jusserat. Occidentales novae fidei formulæ, quantumcunque Orientalium Delegati instarent, subscribere noluerunt, dicentes, sibi fidem Nicænam sufficere, nec se ultra eam quidquam requirere; ipsi e contra ab Orientalibus enixe petere, ut Doctrinam Arii damnarent, quod hi facere renuentes, non sine bile e Concilio Mediolanensi recesserunt; id anno 346 contigit. S. Athanasius ad hoc Concilium venerat, nescius, quid ageretur, ibique comperit, quosdam Episcopos Imperatorem Constantem rogasse, ad fratrem suum Constantium scriberet, ut Concilium ex Oriente, & Occidente convocaretur, quo medio Ecclesia divideretur, atque Athanasius, & Paulus in Sedes suas restituerentur; quod ut fieret, Constans sæpius Constantium per litteras, sed frustra, rogaverat. Placuit Constantio propositio Concilii, & utrinque convenit, ut illud Sardicæ in Illyrico, Dacorum Metropoli, in utriusque Imperii confiniis sita, ageretur. Inter alios maxime Julius Papa, Osius, & S. Maximinus Trevirensis Constantem Imperatorem ad petendum a fratre Concilii hujus conconvocationem impulere.

Sæculum IV.  
A. C. 346.

*Apol. I. epist. 2. Liber. ad Const. Pagi 344. n. 3. Et c. Apol. I. ibid. Socr. II. c. 20. Sozom. II. c. II.*

*Episc. Pseudo Syn. ap. Hilar. frag. Et to. 3. Conc. p. 700.*

